Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et deducant in infernum: muta fiant labia dolosa
Que loquuntur adversus iustum iniquitate in superbia
et in abusione. Quam magna multitudo dulcedinis
tue domine: quam abscondisti timentibus te. Perfecis
ti eis qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum. Ab
scondes eos in abscondito faciei tue: a conturbatione
hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo: a contradic
tione linguarum. Benedictus dominus quoniam mirificavit
misericordiam suam mihi in civitate munita. Ego autem dixi
in excessu mentis mee: proiectus sum a facie oculorum
tuorum. Ideo exaudisti vocem orationis mee: dum cla
marem ad te. Diligite dominum omnes sancti eius quoniam ve
ritatem requirit dominus et retribuet abundanter facien
tibus superbiam. Viriliter agite et confortetur cor vestrum omnes q
ui speratis in domino
Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata
Beatus vir cui non imputa
bit dominus peccatum nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui in
veterabuntur ossa mea dum clamarem tota die. Quoniam die ac
nocte gravata est super me manus tua. Conversus sum in erumpna mea
dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci
et iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor adversum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei
Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Verumtamen
in diluvio aquarum multarum ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum
a tribulatione quam circumdedisti me exultatio mea erue me a circumdantibus me
Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradi
ris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mu
lus quibus non est intellectus. In camo et freno maxillas eo
rum constringe: qui non approximant ad te. Multa flagella
peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circumdabit. Letamini in domino